# nouiter addite

¶ Sed nec diri morsus ferarũ ).i.indomitoꝝ ꝛ ferociũ aĩaliũ (excauãt) id est euincũt ꝛ eneruãt (solidũ animũ ).i.ꝯstãtẽ (martyrũ ) Etiã ( gladi⁹ imminẽs ) .i.appropinquãs (capiti non territat ) .i.terrefacit (fortissimos milites ).i.satellites (optimi dñi )scʒ ducis ꝛ pncipis sui Jesu xpi. q̃si diceret autor.ista oĩa nõ curauerũt neqꝫ reputauerũt martyres sci ꝓpter xpm

Nũc manu dei complexi persequentium insultãt furorib⁹ quõdam crudelibus. Et plebi christi solamen suppeditãt in cũctis laborib⁹ lubrici seculi

¶ Causam subdit quare tormẽta p̃dicta vilipenderũt.q2 (ꝯplexi) id est muniti siue ꝓtecti (manu dei )scʒ virtute ꝛ potestate (insultãt furorib⁹ ).i. derident ꝑ cauillatõem (crudelib⁹ quondã ꝑsequentiũ) ipsos.ita beatus Laurẽtius insultabat ministrãtib⁹ carbones ꝛc̃ ( Et suppeditãt ).i.auxilium dant (plebi xpi solamen).i.releuamẽ (in cũctis laborib⁹ ).i.dolorib⁹ ꝛ miserijs (lubrici seculi ).i.cadentis ꝛ nõ in eodẽ statu ꝑmanentis Lubricũ dr̃ qd̃ cadit dum tenet̃ sicut anguis vel anguilla. Suppeditare nõ a pedib⁹ venit quasi esset ꝯculcare.sed a suppeto. i.auxilior. mutãdo t in d. quasi esset suppetitare.sed nũc suppeditare dr̃.eo mõ quo dicim⁹ ecõtra tytides et sic suppeditare est idem qd̃ auxiliũ prestare

Vos christi martyres. Nos valde fragiles. Precib⁹ nos iusto iudici sinceris iugiter cõmendare curate.

¶ Nec est secũda ꝑs in qua fit oratio hoc mõ . O (vos martyres xpi curate ) .i.velitis (ꝯmendare ).i.ꝯmittere. vel melius.i.gratiores facere (iugiter ).i.semꝑ (iusto iudici).i.xpo (nos ) hoĩes ( Nos ) dico ( valde fragiles ).i.imbecilles ꝛ faciles in peccatũ.ꝛ h̃ ( sinceris precib⁹ ).i.intercessionib⁹ vestris.q̃tenus idẽ iudex nobis benign⁹ sit.ꝯsiderata nature humane fragilitate ꝛ naturali ad mala ꝓnitate. Differẽter dicim⁹.cõmẽdo te regi.i. ꝯmitto.et ꝯmendo te apud regẽ.i.laudo Vñ dicũtur lr̃e cõmẽdaticie q̃ ꝓ aliq̃ scribũtur in meritoꝝ suoꝝ declaratõem ꝛ ꝑsone recõmendatiõem

Maiestati sacrosancte militans cum triumphante iubilet ecclesia.

¶ In trãslatõe triũ regũ canit̃ p̃sens sequẽtia.et hʒ tres ꝑtes. Prima recitat q̃ño tres reges venerũt ꝛ honorauerũt xpm natũ trib⁹ munerib⁹.scʒ auro.thure.ꝛ mirrha.ponẽdo ꝑcatões mysticas eorũdẽ triũ muneꝝ. Secũda ponit modos triplicis trãslatõnis triũ regũ.ibi. Ab helena. Tercia facit orõnem ad xpm.ibi Tu nos ab hac xp̃e valle. Prima ꝑs hoc dicit. (militans eccl̃ia ).i.ꝯgregatio fideliũ militantiũ adhuc in hoc mũdo.vna (cũ triũphante).i.cũ eccl̃ia victoriã habẽte.hoc est cũ ꝯgregatõe fideliũ existentiũ in patria (iubilet ).i.letitiã mẽtis exerceat (sacrosancte maiestati ).i.diuine. Sacrosctm̃ ꝓprie dr̃ qd̃ sacro aliquo mediãte institutũ ꝛ sanctũ ẽ . videlʒ iuramẽto interposito.vel aliq̃ sili. Jta maiestas diuina dr̃ sacro scã.q2 mediãte religiõe deo exhiberi debita.scã ꝛ honorari ac coli instituta ẽ



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0281
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG